

Tot bona contingent HELENÆ, (quod corditus
opto)

Quot rapit à dulci basiola ore tuo!

Vestra domus dio, NEONYMPI, nectare manet,
Sit crucii tumulus, lætitiae cumulus!

Parca albo condat Nepheleia secula fuso,

Seriùs astrimicos & det obire polos!

CHR. FUNCCIUS M.

Gymn. Gorl. RECTOR.

A Nte dies aliquot primordia cepit hic annus:

Quo fidus Pylades xenia ferre solet.

Et VECHNERE Tibi charissima Sponsa fidelis
Cordis nunc offert interiora sui.

Quid potius posset, quam cor, Tibi ferre venustra

Sponsa; tuum munus sit quoq[ue] cordis amor.

Sic bona spes fuerit, dum cor cum corde jugatur,

Ult duo sint unum. Sint maneantq[ue], precar
ολοκαρδίως

DANIEL Wanf.

VECHNERE, Aoniæ præsignis adorea gentis,

Dic age: cur properas jura subire tori?

Quem semel ac iterum memini sic ore locutum:

Non Mibi, non visum est tam citò inire torum.

Fallor? An hanc Scholici mentem peperere labores?

An pueri Idalii mille in amore joci?

A 2

An